



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1712

Q. 262. Quid Confessarius Medicorum &c. mercatorum, opificum, militum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42433

conferas in maritum, quamvis haud dubie penes illum sit culpa, sed re in praesentia suppressa, deinde sine arbitris eum monebis. I. .Omni curâ in id eris intemu-
ne uxoris patronus videaris venire contra virum, nam
ut mulieres naturâ subimpudentes sunt ac procace-
citatè viris, ipsorum noxas, præsertim Sacerdotum ju-
dicio damnatas objiciunt, quocirca satius est re diffi-
mulat à observantiam maritis debitam proponere uxo-
ribus, & simul demonstrare ipsius, quod viros suos se-
despicatui habuerint, gravi utique dignas esse pena.
Plura documenta pro conjugatis suggerit Loh-
ner suprà §. 10. à n. 3. Specialiter pro Patribus-
familias, §. 6. Pro Matribus-familias, §. 7. Pro
viduis, §. 8. Quàm autem sit cautè conversan-
dum cum mulieribus dicam n. 1891.

1814. §. 5. Quotuplicia sint bona filiorum fami-
lias, & quid notandum sit circa eorum furtæ aut
salaria, ad quæ putant se jus habere laborantes
in domo paterna, dixi l. 3. p. 1. à n. 1026. 1031.
1034. De famulis & ancillis dictum est ibidem
à n. 706. 971. 1037. 1043. Examen filiorum-
familias & famulantium maximè fieri debet
circa furtæ & impudicitias: ac signanter refle-
ctendum est, an non sint in proximis occasio-
nibus peccandi, quas, ut absolvî possint, debent
actu deserere, aut efficaciter velle ac posse fa-
cere remotas, secundum dicenda n. 1831.

1815. Q. 262. Quid observare debeat Confessarius Me-
dicorum &c. mercatorum, opificum, militum. Rz. §. 1.
Obligationes & peccata Medicorum, pharma-
copœorum, chirurgorum, habes l. 4. n. 1531.
Mercatorum, ibidem num. 1539. Et specialiter
Mercator graviter peccat, quando paratus est
pro merce quodvis pretium, etiam injustum
accipere, si posset: Item si falso juret, & docen-

dus

dus est mortale esse in confirmationem rei etiam levis falsæ interponere autoritatem Dei, quod raro faciunt, nam modi asseverandi, quibus putant se jurare, saepissime non sunt vocatio Dei in testem, uti constat ex dictis l. 3. n. 256. 258. hinc ne peccent per conscientiam erroneam, dici debet illis quid sit & non sit jura-re: item quid sit & non sit invidere proximo, nam saepe per errorem credunt se peccare, si optent ad officinam suam venire illos, quos vi-dent merces emere in alia vicina.

§. 2. Peccata opificum habes l. 4. n. 1539. 1816, specialiter autem interrogandi sunt, an labo-rarint die festivo, retinuerint plus quam pre-tium contractum, subduxerint partes materiæ, in qua pro aliis laborabant.

§. 3. Peccata militum, ac specialiter Officia-
lium belli, habes l. 3. p. 1. n. 867. Sunt autem milites saepe addicti superstitionibus, circa quas examinandi sunt, prout habetur ibidem n. 41. Si ante prælium vel in communi pericu-lo absoluti sunt non recensitis omnibus mor-talibus, monendi sunt, quod remoto periculo teneantur se speciatim accusare de omnibus, ut directè absolvantur.

Q. 263. Quid observare debeat Confessarius ho-minis scandalosi. R. Per hominem scandalosum intelligo illum, qui causa est, cur alii peccent, sive id faciat malo exemplo, sive turpiloquiis, sive aliter. Deterrendi sunt tales studiosissimè, motivis quæ habet Gerson p. 2. Num. 3. opusc. Depræcept. Decal. capit. 18. Quidquid agat homo in persona sua, supremè caveat alium ad male agen-dum sollicitare: aut verbis, aut factis, exemplis vel con-silii aliquid agere, quod de se sit occasio ruinæ peccati, specia-